ad Quittorem, Vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem praeterea Vltra proximos officij illius Castrensis Capitanealis Crevensis, sive Spiritualis Consistorialis Praemysliensis ad quod prius ex praemissis citabitur, Termino dilationem sibi non recipiendo, nullasque motiones appellationes ac earum prosecutiones faciendo ac praemissa omnia poenis simplicibus Vel triplicatis quasi omnibus suspensionibus fatalibus, iuris praescriptione seu belli conuersionei, ac aliis omnibus Juris remediis et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis euadendo. Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia et singula mediante.

Jaworski et Dobrzanski mutuo inter se Intercisam Roborant.

347 Comparentes personaliter Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Nobiles Nicolaus Jaworski Dubik ab Vna et Michael Dobrzanski Fitkowicz parte ab altera sani mentibus et corporibus existentes a Terris Districtibus, Juribus, Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et Competentibus recedendo, praesenti Vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Jurisdictioni quo ad actum modernum attinet se cum Successoribus, ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere publice ac perexpressum recognouerunt et quilibet illorum seorsim suo pro interesse Recognouit. Quia ipsi, sibi mutuo et inuicem Vna pars alteri ac potentis Vtriusque partis se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus suinmisque quibusvis pecuniariis habitis et habendis inuibunt et obligant praesentibus Intercisam Certam inter se Recognoscentes

ratione

ratione Certarum rerum et Conditionum in eadem Intercisa Contentarum, de actu et data illius hic Præmisliæ die hodierna in actu Contenta confectam et conscriptam manibus Vnius Recognoscentis nempe Nobilis Jaworski propria Nobilis autem Dobrzanski Vti scribere ignorantis manu Nobilis Joannis Smereczanski nomine subscriptam in omnibus et singulis eiusdem Intercisæ Conditionibus punctis, clausulis, articulis, Vadio ligamentis ac nexibus generaliter Vniuersis firmiter tenere, complere, exequi ac inuiolabiliter obseruare, omnibusq́ et singulis eiusdem Contentis, tam in parte quam in toto, toties quoties, opus fuerit, satisfacere, Intercisam præfatam ad Inscriptionem præsentem Roborato: riam et Inscriptionem præsentem Roborationem ad prædictam Intercisam Vicissim in toto referendo. Sub Vadio Summæ Centum Sexaginta Florenorum Polonicalium per partem parti cum successoribus Vtriusq́ partis ob non completionem Contentorum Intercisæ præfatæ omnium et singulorum tam in parte quam in toto, toties quoties opus fuerit ad soluendum succumbendo. Pro quo quidem Vadio modo præmisso ad soluendum succubito, ac pro re aliqua principali ex contentis Intercisæ præfatæ non completa complenda Citata existens memorata pars Vna præmissa non tenens siue eius posteri, Ad Instantiam partis alterius præmissa tenentis et complentis, Vel illius successorum ad officium præsens Castrense Capitaneale Præmisliense ex tunc recessu supra scripto quo debite respondendum spectat, mediante, semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio, stare sumpsarve respondere Vadium præfatum luere, Inscriptioni præsenti satisfacere ac omne Iudicatum pati debebit et tenebitur, seq́ ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat præsentibus, illum Terminum primum peremptorium Vti et alios omnes exinde Consequentes Causa eiusdem Terminos semper peremptorios Vera infirmitate pro maiori minorennitate Successorum

Legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad mu:
nimenta ad Guidonem, vel aliis quibusvis dilationibus et legali:
bus impedimentis non differendo ad quietationem praeterea
ultra proximos officii praefati Castrensis Capitanealis Premy:
sliensis Terminos dilationem sibi non recipiendo nullasq;
motiones appellationes ac earum prosecutiones faciendo
ac praemissa omnia penes simplicitates vel triplicatis cavio:
nibus suspensionibus, fatalis Juris praescriptione Temporis bel:
lo convencioneq; ac aliis omnibus Juris remediis et defen:
sis non subterfugiendo nec modo alio quovis evadendo
Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa
omnia et singula mediante.

Dobrzanski Jaworskiemu Do:
347 nat et Consortem Stahaet.

Comparens personaliter Coram officio et Actis praesentibus Ca:
strensibus Capitanealibus Praemysliensibus Nobilis Mi:
chael Dobrzanski Szulthowicz Sanus mente et corpore exi:
stens a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusq; Suisqui:
busvis propriis et competentibus recedendo praesenti vero
Castrensi Capitaneali Praemysliensi Jurisdictioni quo ad
actum hunc attinet, secum Successoribus ac bonis Suis gene:
raliter omnibus, totaliter et plenarie incorporando eiq; subij:
ciendo palam, libere, publice ac perexpressum recognovit:
Quia ipse Suo ac Nobilis Annae Jaworska Pirkowiczowna
Consortis Suae legitimae pro cuius ratihabitione cavet et se
praesentibus inscribit nomine bona sua propria et haeredita:
ria infrascripta videlicet Suas totas et integras Sortes, quae:
cunq; Se Recognoscentem concernebant, in bonis villa Jawo:
rze seu Strohitka dicti Terra et Districtu praesenti Praemysli:
ensi iacentia et consistentia, cum omni praemissorum Jure
Dominio proprietate, haereditate, tituloq; haereditario

cumq;